

Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

L. L. 9
M. M. 6 10



DUM DEO!

COLLEGII INSTITUT.

PUBLICI

DISPUTATIO SEXTA.

Ethico-Politico-Juridica

De

RERUM DI-

VISIONE

Et

ADQUIRENDO EARUM DOMINIO,

Ad Tit. I. Lib. II.

EXHIBENS

TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,

Antinomias & Axiomata.

Quam

Sub PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANNI

J. U. D. & Profess. Publ.

Discutiendam proponit

CHRISTOPHORUS Goldbach Neagorâ

Silesius.

Ad diem 9. Julij In Auditorio Jctorum boris antemerid.

WITTEBERGÆ,

Typis Ambrosij Rothi Acad. Typogr. Anno 1636.



COLLEGIUM INSTITUTUM

PUBLICUM

ETHICO-POLITICO-JURIDICUM

REPERIUNTUR

VISIONE

ADUPLICATIONE

EXIBENS

TEXTUS

QUESTIONUM, QUAE

IN

LIBRO

DE

CHRISTIANI TABERNACULI

J. H. D. & P. G. PUBL.

DISCIPULUS

CHRISTOPHORUS WOLFF

STRASBURG

MDCCCLXXXIII

WITTEBERG

Typis Ambrosii Romii Acad. Typogr. Anno 1833



MEMBRUM I.

CONTINENS

Continuationem Textus.

RXposito primo juris ob-
 jecto, de personarum statu & conditione: Se-
 quitur jam Jus RERUM; quod in variis earum
 differentijs seu qualitatibus, in Domi-
 nio & Obligatione consistit. DIFFERENTIAE
 autem RERUM quæ sint ex earum divisioni-
 bus liquet. Quarum summa est; quod ALIAE sint extra patri-
 monium nostrum, aliæ in patrimonio. Quæ EXTRA BONA,
 SUNT VEL humani vel divini juris: *Humani* sunt: I. *Res commu-
 nes*, quæ proprietate nullius, usu communes existunt; ut: Aer,
 aqua profluens, mare & littora maris. §. 1. 2. II. *Publicæ*,
 quæ proprietate populi, usu & ipsæ communes censentur; ut
 flumina, portus, §. 2. Ripæ. §. 4. & littus §. 5. III. *Universitatibus*,
 quæ usu alicujus populi perpetuò sunt expositæ; veluti thea-
 tra, stadia, forum &c. §. 6. *Divini* juris, (quarum dominium est
 extra commercium hominum, & ita nullius §. 7.) sunt res Sa-
 cræ: ut ædes sacræ & donaria §. 8. Religiosæ: ut sepulchra &
 monumenta. §. 9. Sanctæ, ut muri, portæ & sanctiones legum.

I. IN PATRIMONIO sive bonis nostris sunt *Res pri-
 vata*, sive singulorum propriæ: quarum *Dominium*, vel
 jure gentium, vel jure civili *acquirimus*. §. 11. & *infr. tit. 6.*
 JURE GENTIUM in rebus primùm corporalibus, deinde in incor-
 poralibus. *tit. seq.* CORPORALES Res jure gentium nostræ fiunt
 tribus modis; I. OCCUPATIONE; quæ est prima rei cujusq; posses-
 sionis apprehensio *l. 1. pr. de adquir. vel am. poss.* Rei scilicet,
 quæ nullius est, alicujus tamen esse potest *l. 3. pr. l. 30. fin. ff. de
 A. R. D.* Et versatur vel circa animalia in mari, cælo & terra de-
 gentia, & dicitur *captura* §. 12. 13. 14. 15 & 16. vel circa hostes, &
 dicitur *prædatio bellica* §. 17. Vel circa res alias animâ caren-

152.
res, & dicitur *inventio*: ut Lapillorum §. 18. Thesauri. §. 39.
Rei pro derelicto habitæ §. 46. 47. 48. *Quod enim antea nullius
est, naturali ratione occupanti conceditur* §. d. 12.

II. ACCESSIONE, quâ res aliqua ex eo fit alicuius, quod ea
res rei, quæ sua est, accedat. *Vult* Et est vel naturalis, vel artifici-
alis. NATURALIS est, quando operante natura sine hominum,
labore & industria, rebus nostris aliquid accedit, cujus species
sunt. I. *Fœtura* vel procreatio animalium nostrorum §. 19.
II. *Alluvio*, quâ nobis incremento latenti ex vicino fundo a-
liquid accedit §. 20. 21. III. *Insula* in medio fluminis nata, eo-
rum est, qui utrinq; prædia possident, pro cujusque agri fronte
ac modo: Sin citra? propinquiorum; quamvis *marina* occu-
panti concedatur. §. 22. IV. *Alveus*, etiam novus derelictus;
qui similiter proximiora prædia possidentibus acquiritur §. 23.
Non autem *circumluvio* seu *inundatio*, quæ fundi speciem non
cōmutat. §. 24. ARTIFICIALIS sive industrialis accessio est, quan-
do nostris rebus humano labore & industria aliquid accedit;
Cujus species sunt, I: *Specificatio* sive species ex aliena materia
confecta: quæ si ad priorem & rudem materiam reduci non
possit, specificantis fit: Si scil. eam suo nomine fecerit: ita ta-
men, ut Domino materiæ justum pretium restituat d. 25. II.
Textura sive futura. §. 26. III. *Confusio*, quæ res confusas com-
munes esse facit. §. 27. IV. *Commixtio* diversarum specierum,
quæ quidem per se manent, separari tamen cum vel sine dif-
ficultate possunt, dominii causam non mutat. §. 28. V. *Inedi-
ficatio*, quâ domus ex aliena materia in proprio fundo; vel in
alieno ex propriâ materiâ ædificata domino soli acquiritur.
§. 29. 30. VI. *Plantatio* seu *insitio*, quâ similiter planta ejus
fit; in cujus fundum radices egit. §. 31. VII. *Satio* seu,
seminatio, quâ frumentum in alieno satum agro cedit. §. 23.
VIII. *Scriptura*, quæ licet pretiosior sit, accessionis tamen vice
chartæ cedit. §. 33. IX. *Pictura*, quæ contra, chartam vincit, e-
jusque Dominium ad se trahit, solutis tamen ubique impen-
sis §. 34. *Quia accessio cedit Principali, & adjunctum subjecto,
& quod alicui adijcitur, cedit eorum l. 26. §. 1. ff. b. s. X. Accessio-*

nij

nis species, quam quidam *mixtam* vocant, est *Fructuum perceptio, & Fetus*, quos bonæ fidei possessor lucratur omnes. §. 35. 36. 37. 38. Quia bonæ fidei possessio, tantundem possidenti, quantum dominium vero dominio prodest. l. 25. de usur.

III. Deniq; TRADITIONE: quæ est vacuæ possessionis datio animo transferendi Domini, vel per se vel per alium facta. §. 40 41. 42. 43. Et est *vera* sive propria, quâ res corporalis, à Domino justo, ex titulo de manu in manum transfertur. *ibid.* In *incorporalibus* verò patientia, & in *immobilibus* in possessionem inductio pro traditione habetur. Quasi seu *ficta* traditio est, quâ res etiamsi naturaliter tradita non sit, pro tradita tamen habetur. *Fitq;* vel certæ *persona*, vel incertæ. *Certa;* vel *cogitatione*, fictione nempe brevis manus. §. 44. vel *symbolo*, ut clavium traditione. §. 45. *Incerta* per jactum missilium, in vulgus §. 46. Quia *nihil tam conveniens est naturali equitati, quàm voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi.* §. 40.

MEMBRUM II.

Continens Quaestiones.

I. An Dominiorum distinctio, sive rerum proprietates rectæ rationi, seu naturæ & sacris litteris consentanea & conformis? *Aff. cum Harpr. pr. hinc n. 54. Arum. Ex. 4. lb. 2.*

II. An Domini in directum & utile distinctio rectè accepta absurda sit? *Neg. cum Hanon. d. 4. lb. 1. Berens d. 3. lb. 1. q. 5. Bach. in not. ad Treutl. v. 1. d. 15. lb. 1. g. Contra. Harpr. hinc n. 42. Hun. & Treutl.*

III. An Dominium sit rerum etiam incorporalium? *Aff. cum Först. d. 6. lb. 6. Treutl. vol 2. d. 20. lb. 1. l. Riemer. dec. 4. q. 1. contra Harpr. hinc n. 12. Don. & Duar.*

IV. An Princeps extra casum publicæ utilitatis & necessitatis rei suæ Dominio quempiam privare possit? *Neg. cum Harpr. p. 26. n. 95. & p. 51. n. 9. Bronch. c. 1. misc. ass. 1. Myns. sent. 5. obs. 97. Cubach. cent. 1. quest. illust. dec. 3. q. 5. contra Menoch. Vac. à Vacun. & Pruckman. de regal. c. 4. effect. 5. num. 15. p. 303.*

Pr.

V. An



§. 1. & 5.

V. An sine permissu Principis aut Magistratus ædificare in litore maris, sive loco communi sit licitum? Aff. *cum Harpr. p. 44. n. 15. Först. de domin. c. 9. n. 63. Vid. Hun. resol. ad Tr. vol. post. disp. 18. tb. 1. q. 6.*

§. 6.

VI. Num is, qui in diverticulo fluminis publici solus pluribus annis piscatus sit, alium eodem jure uti volentem prohibere possit? Aff. *cum Hæn. d. 4. tb. 2. Bronch. c. 4. tb. 3. Riem. dec. 4. q. 3. Harpr. p. 46. n. 4.*

VII. Num quemadmodum in flumine publico piscari, ita & ex eodem aquam ducere liceat? Neg. *de flumine navigabili, aut aliud navigabile faciente cum Harpr. p. 47. n. 6.*

XIX. Num in flumine publico non navigabili molendinum ædificare cuique liceat? Aff. *cum Harpr. p. 47. n. 11. Vid. Hæn. tb. 3. Först. de Domin. c. 9. n. 74. & c.*

§. 6.

X. Num Universitas possit per syndicū obligare singulos, eorumve bona, si non consenserint? Neg. *cum Harpr. p. 51. n. 8. Besold. l. 7. Pol. c. 12. n. 66.*

§. 8.

X. An res Sacræ ex casu pietatis, necessitatis, & evidentis utilitatis alienari possint? Aff. *Harpr. p. 53. n. 4. Först. d. 6. tb. 3. Et de Domin. c. 7. n. 17.*

§. 9.

XI. An monumentum faciat locum religiosum? Neg. *Harpr. p. 56. n. 2. Vid. Nic. de Passer. in concil. leg. concil. 11.*

XII. An, si cadaver diversis in locis sit sepultum, caput saltem religiosum faciat locum? Aff. *Harpr. p. 57. n. 4.*

XIII. An autem ex l. 44. de relig. DD. communiter rectè arguant, si quis in confinio. occisus reperiatur, ut ejus sit de delicto cognoscere, in cujus territorio capite incumbit occisus? Neg. *cum Treutl. vol. 1. d. 19. tb. 4. Vid. Contr. ab Einsidel. de r. gal. c. 2. n. 277. Cubach. cent. 1. Dec. 6. q. 3. & 4. Berens. d. 3. tb. 1. q. 3. Harpr. p. 57. n. 7.*

XIV. An monstriosi partus illatione locus fiat religiosus? Neg. *cum Harpr. ib. n. 10. Gödd. ad l. 38. n. 3. & c. 15. de V. S.*

§. 10.

XV. An poena transcendentis muros etiam cujusque civitatis, capitalis sit? Aff. *cum Harpr. p. 60. Hænon. D. 4. tb. 5. Berens. d. 3. tbem. 1. q. 1. contra Bachov. Ungeb. & Först.*

XVI. An venator in fundum seu sylvam alienam, vetante Domi.

ca. V

Domino intrans, captam prædam suam facere, nec Domino fundi restituere teneatur? Prius *Aff. cum Harpr. p. 83. n. 19. Treutl. vol. 2. disp. 20. tb. 2. a. Berens d. 3. tbem. 2. q. 1. Först. d. 6. tb. 12. contra Cujac & Gilken.*

XVII. An pisces quoque alieno in laeu capti, jure gentium fiant capientis? *Aff. cum Harpr. p. 86. n. 62. Sixtin. de regal. l. 2. c. 18. n. 24. Först. tb. 11. contra Hun. Hott. & Ritterb.*

XVIII. An tam in privatis, quam publicis locis venatio subditis per Principes jure adempta? *Aff. cum Först. tb. 9. Harpr. p. 92. Hæn. d. 4. tb. 6. & c. Frantsk. Ex. 4. q. 2.*

XIX. An jus venandi sit inter regalia? *Neg. cum Först. tb. 8.*

XX. Num mortis supplicio venationes suas rectè vindicent Principes? *Aff. Först. tb. 10. Harpr. p. 129. n. 304.*

XXI. An subditi contra prohibitionem sui magistratus venantes ferarum furtum committant? *Neg. Harpr. p. 134. n. 324. Frantsk. q. 2.*

XXII. An propter gallinam furto ablatam, competat actio furti? *Aff. Först. tb. 13. Hæn. tb. 7. Harpr. p. 142. n. 18.* §. 16.

XXIII. An capta ab hostibus fiant capientium? *Aff. Berens. d. 3. tb. 2. q. 3. Hæn. d. 4. tb. 8. Harpr. p. 143. n. 1. & c. Ungeh. Ex. 5. q. 5.* §. 17.

XXIV. An Christiani capti à Turcis, Persis, Sarracenis & simil. capientium servi efficiantur? *Aff. Harpr. p. 146. n. 11.*

XXV. An ab hostibus capta prioribus dominis veniant restituenda, si virtute bellica denuò hostibus auferantur? De immobilibus *Aff. Harpr. p. 147. n. 21. Bocer. l. 1. de bell. c. 15. num. 7.*

XXVI. An ea, quæ in itineribus publicis reperiuntur, inventoris fiant? *Neg. Harpr. p. 148. n. 2. Rittersb. hic.* §. 18.

XXVII. Utrum augmentum per alluvionem fundo fructuario adjectum acquiratur proprietario, an usufructuario? *Resp. cum Harpr. p. 150. n. 5.* §. 20.

XXVIII. Num insula in flumine publico nata, fiat privatorum etiam quoad usum? *Aff. Arum. Ex. 4. tb. 14. Ungeh. Ex. 5. q. 7. Först. tb. 18. Harpr. p. 154. n. 7. contra Hæn. tb. 9. & Broncb.* §. 22.

29. An

- §. 29. XXIX. An actio de tigno furtivo juncto etiam contra bonæ fidei ædificatorem in duplum detur? *Aff. cum Harpr. p. 167. n. 13. Henon. tb. 11. contra Cujac.*
- XXX. An a. b. f. possessor restituendo tignum, se liberare possit à dupli condemnatione? *Aff. cum Först. tb. 21. Harpr. ib. p. 170. n. 25. contra Henon. tb. 12. Hunn. & Hillig.*
- §. 30. XXXI. An b. f. possessor necessarias impensas consequi possit, etiamsi res, in quam factæ, amplius non extent? *Aff. cum Harpr. p. 175. n. contra G l. ken.*
- XXXII. An malæ quoque fidei possessor sumptus necessarios deducat? *Aff. cum Berens. disp. 3. tb. 2. q. 10. Harpr. ib. n. 23. Först. tb. 22. Hen. tb. 13.*
- XXXIII. An sicut b. poss. ita quoque malæ f. possessor utiles impensas deducat? *Neg. cum Harpr. n. 30. & c. Först. tb. 23. contra Cujac. & Gödd.*
- §. 33. XXXIV. An adhuc hodie scriptura cedat chartæ? *Aff. Först. tb. 78. Diss. Harpr. p. 185. n. 6.*
- §. 35. XXXV. An b. f. posses. tam naturales quam industriales fructus consumptos faciat suos? *Aff. cum Vult. l. 1. discept. c. 20. Berens. disp. 3. tb. 2. q. 7. Harpr. p. 198. n. 35. Arum. d. 4. ex. 17. contra Henon. tb. 17. Bachov. ad Treutl. vol. 1. d. 15. tb. 11. §. Matth. bñc.*
- XXXVI. An b. f. possessor fructus perceptos tantum omnes restituere teneatur? *Aff. cum Hen. tb. 19. Harpr. p. 202. n. 52. contra Donell. & Oleman.*
- XXXVII. An b. f. possessor fructus consumptos, quando ex iis factus est locupletior, restituere teneatur? *Neg. cum Harpr. p. 204. n. 66. Hen. tb. 18. Ungeb. Ex. 5. q. 12. contra Hottom. & Hartm. Pistor.*
- XXXVIII. An b. f. poss. postquam rem alienam cognovit, fructus deinceps suos faciat. *Neg. cum Först. tb. 27. Harpr. p. 207. n. 82. contra Duar. & Fabr.*
- XXXIX. An malæ f. poss. omnes fructus etiam percipiendos, restituat? *Aff. cum Först. tb. 28. Bronch. cent. 2. ass. 87. Hen. tb. 20.*

XL. An hæres, etsi bonâ fide rem possideat, propter ma- lam tamen defuncti fidem, fructus restituere teneatur? Aff. *Hæn. tb. 21. Harpr. ib. n. 100.*

XLI. An thesaurus in loco religioso inventus fiat inven- toris. Aff. *cum Harpr. p. 119. n. 7. Vid. Hæn. tb. 23. & Först. tb. 30. & Antinom 89. infr.* §.39.

XLII. An usufructuarius, Emphyteuticarius & vasallus the- saurum in fundo inventum totum sibi acquirat? Dist. *cum Har- pr. num 16. & 21. Hæn. tb. 24.*

XLIII. An ut Dominium transferatur, requiratur vacua possessionis traditio? Aff. *cum Först. tb. 3. Harp. p. 233. n. 25. contra Donell. & Matth.* §.40.

XLIV. An pro derelicto æstimandum, quod in mare ex navi, ejus levandæ & periculi evitandi gratiâ ejicitur? Neg. *cum Hænon. tb. 26.* §.48.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias.

I. Res vel in patrimonio nostro, vel extra patrimonium esse, *Pr.* habetur in *pr. hïc.* Sed in *l. 1. ff. de usu & usufr. leg.* Servitutes dicuntur non esse ex bonis, neque extra bona. Vid. *Martin. disp. 2. tb. 1. Först. d. 6. tb. 1. Gôdd. adl. 49. n. 15. de V. S. Ungeb. Ex. 5. q. 1. Harp. hïc. p. 39. n. 167. &c.*

II. In *princ. ib.* dividuntur res in *communes & universitatis:* Cui I. repugnare videtur, *l. 1. de R. D. ubi res humana tantùm in publicas & privatas dividuntur* II. *l. 2. ibid. ubi quatuor re- rum constituuntur species; communes nempe: universitatis, nul- lius & singulorum; Publicarum autem rerum nulla fit mentio. Martin. ib. tb. 2. Matth. hïc p. 77. Conan. 3. com. 2. Donel. Enuc. l. 4. c. 2. a. Harpr. hïc p. 40. n. 171. & p. 50. n. 1.*

III. Aquam profluentem *communem* esse asseritur in §. II. §. 1. Et *flumen tamen publicum:* §. 2. *hïc:* quamvis aquam profluen- tem in se contineat. *Martin. hïc tb. 3. Matth. ib. p. 78. Först, disp. 6. tb. 2. Donell. 4. com. 2.*

IV. Flumina *omnia & portus publica* esse, *inquit Imp. in* §. 2. *B* §. 2.



§.2. *hic*. At Marcian. in l. 4. ff. de R.D. penè omnia. Martin. *ib.* th. 4. Bachov. *hic*. p. 248. Don. En. l. 4. c. 3. d. Marci. *hic* p. 179. Harpr. p. 46. n. 3.

§.4. V. Riparum usum publicum esse, sed proprietatem earum illorum, quorum prædiis hærent, *vult* §. 4 *hic*. Sed l. 3. ff. de flumin. flumina publica, & ripas eorum publicas esse. l. pen. §. 1. ff. de acquir. rer. Dom. Martin. *ib.* th. 5. Bach. *hic* p. 250. Giphant. *antin* p. 132. Harpr. p. 49 n. 6.

§.9. VI. In Alienum locum consentiente Domino licet inferre, & licet postea ratum NON habuerit quàm illatus est mortuus, tamen locus religiosus fit; *habet*. §. 9. *hic*: Verùm l. 6. §. ult. ff. de R. D. omittit negationem. Martin. *ib.* 6. Don 4. com. 1. Matth. p. 80. Bach. p. 257. Forst. *th.* 4. Harpr. p. 59. n. 18. Arum. Ex. 4. *th.* 6.

§.15. VII. Pavonum quoque & columbarum feram naturam esse *vult*. §. 15. Et tamen in l. 37. ff. de furt. Pavonis mansueti fit mentio. Matth. p. 81. Rittersb. *hic*. p. 156. Harpr. p. 141 n. 9.

VIII. Etiam minimæ rei furtum posse committi statuit §. 16. cùm tamen ob rem minimam non sit danda actio famosa. l. 9. §. ult. ff. De dolo. Matth. p. 82. & Ritt. p. 156. Forst. *disp.* 6. *th.* 3. Han. d. 4. *th.* 7.

§.17. IX. In §. 17. *hic*. inquit Imper: Item ea, quæ ex hostibus capimus statim jure gent. nostra fiunt. &c. Et tamen 1. Agrum, ex hostibus captum, publicandum esse per l. 20. §. 1. ff. de captiv. & postl. rev. 2. Obsidum bona sicut captivorum omnimodò in fiscum cogenda; per l. 31. ff. de jure fisci. 3. Eum, qui prædam ab hostibus captam surripuit, lege peculatus teneri, & in quadruplum damnari. per l. pen. ff. ad L. Jul. pecul. Vid. Martin. *th.* 7. Forst. d. 6. *th.* 14. & 15. Haenon. d. 4. *th.* 8. Bronch. cent. 3. ass. 77. Godd. ad l. 3. §. 1. n. 10. ff. de V. S. Donel. 4. com. 21 Harpr. p. 143. n. 1.

§.21. X. In §. 21. hæc reperiuntur: verba *Planè si longiore tempore fundo vicini tui hæserit, arboresque quas secum traxit in eum fundum radices egerint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquisita esse: Scil. arbores.* Florentinus autem hisce repugnare



repugnare videtur in l. 7. §. 2. de Acquir. rer. dom. Ubi hæc habentur : Ex eo tempore videtur meo fundo acquisita esse : Scil. pars ex alieno prædio detracta. Ut & Pompon. l. 5. §. 3. de R. V. Vid. Martin. tb. 8. Bach. p. 267. Först. tb. 17. Treutl. vol. 2. d. 20. tb. 5. d. Don. En. Hillig. l. 4. c. 27. a. & c. Harpr. p. 151. n. 3. & 182. n. 8.


XI. Decisioni § 22. hîc: Quod Insula in flumine publico nata, sit vicinorum etiam quoad usum: videtur repugnare l. pen. §. 1. & §. ult. ff. de acquir. rer. Dom. in quâ non obscure affirmatur : Insulam esse publicam. Vid. Martin. tb. 9. Pac. cent. 6. q. 93. Bach. p. 267. Don. En. Hillig l. 4. c. 29. b. Harpr. p. 154. n. 7. §. 22.

XII. Inundationem fundi speciem non commutare; asseritur in §. 24. hîc & l. 24. ff. quibus mod. usufr. am. l. 7. §. 6. ff. de acq. rer. dom. Cui tamen disertè refragantur. l. 23. ff. quib. mod. usufr. am. & l. 30. §. 3. de acq. r. dom. Adeò ut quidam ipsam Themiden consulendam putent, ad Gordii hujus nodi dissolutionem demonstrandam. Vid. Martin. tb. 10. Matth. hîc p. 83. Don. En. Hillig. l. 4. c. 28. b. & lib. 5. c. 12. c. Pac. 6. q. 88. Harpr. p. 157. n. 6. §. 24.

XIII. Inter §. 25. hîc. l. 26. pr. de acquir. rer. dom. Nec non l. 61. ff de Rei vind. & Cajum lib. 2. Inst. h. t. §. 5. conciliatio dari potest; Quamvis Hottom. hîc. p. 119. arbitretur, non posse sine violentâ latinæ orationis depravatione excusari tam apertam antinomiam. Vid. Mart. tb. 11. Don. Enucl. l. 4. c. 12. c. Bach. p. 274. Harpr. p. 160. n. 13. §. 25.

XIV. Imperator in d. §. 25. dicit: Ex alienis spicis frumentum faciens, illud sibi quasi per specificationem acquirere. Cajus autem illud in d. §. negat. Vid. Martin. tb. 12. Hottom. ib. Pac. cent. 6. ass. 89.

XV. De §. 27. in fin Hottom. motus autoritate Pompon. in l. 5. §. 1. de R. V. & Theoph. hîc. tale profert judicium : Quare quod olim videre in tantis tenebris non potueram, nunc animadverto, locum hunc & apud Cajum & apud Imper. cum negatione legendum, itaq; corrigendû : Non idem juris esse placuit. Quod tamè à multis meritò ejicitur: Vid. Matth hîc. p. 85. Först. tb. 20. Bach. p. 277. Don. En. l. 4. c. 31. d. Arum. Ex. 4. tb. 16. §. 27.



§ 28. XVI. §. 28. vers. *pro modo*. Obst. videtur. l. 78. ff. *de solut.* Vid. *Matth. p. 85. Don. En. l. 4. c. 22. a. Harpr. p. 164. n. 9.*

§. 29. XVII. Non possunt unius rei Duo in solidum Domini esse l. 5. §. 12. ff. *commod.* Et tamen in §. 30. *hic*; dicitur, *fieri adificii Dominum, qui ex alieno adificavit in suum solum*: Dominum autem tigni, Dominum manere. Et hæc dissonantiæ querela tolli potest! *Martin. tb. 13. Bach. p. 184. Ungeb. Ex. 5 q. 9.*

§. 30. XVIII. Dominum in alieno solo scienter ædificantem, licet diruta domo materiam suam vindicare non posse, *asseritur in §. 30. hic & l. 7. §. 12. ff. de acquir. rer. dom.* Et tamen in l. 37. ff. & l. 2. C. *de Rei vind. dicitur*: Soluta ædificio redire materiam ad pristinum Dominum. *Vid. Bach. hic p. 288. Matth. ib. p. 88. Hottom. ib. p. 123. & lib. feud. 2. tit. 28. §. 1. Harpr. p. 173. n. 4.*

§. 31. XIX. In §. 31. *hic & l. 7. §. ult. ff. h. t.* dicitur: *Ejus fieri arborum in cuius fundo radices egerit*; Si ig. in diversorum Dominorum fundis radices egerit, fit communis. Verum huic sententiæ quædam juris loca acriter obstant: Utpote l. *ult. pr. ff. quod vi aut clam. l. 6. §. 2. arb. furt. & s. l. pen. ff. pro socio. l. un. de gland. leg. l. 8 ff. h. t.* Adeò, ut, *Hottom. 1. Obs. 4. & 5. obs. 12.* pugnantes super hæc re Ictorum sententias fuisse putet. Sed frustra! Nulla est inter eos pugna. *Vid. Martin. tb. 14. Rittersb. p. 169. Bach. p. 284. Don. En. l. 4. c. 34. Harpr. p. 182. n. 5.*

§. 34. XX. Picturæ tabulam cedere; *vult §. 34. hic.* Sed *Paulus in l. 23. §. 3. ff. de R. V.* secutus generalem rationem accessionis, quod necesse sit ei rei cedere id, quod sine ea esse non potest: & ex ea defendit; *tabula cedere picturam.* Cui & *Cajus in Inst. l. 2. tit. 1. §. 6.* subscribit. *Matth. p. 90.* omnibus conciliandi rationibus rejectis; hinc Juris antimoniæ esse agnoscit, relictam magnâ Compositorum incuriâ. Et *Bach. p. 295.* Doctores vulgò varia hinc scribere imò nugari assertit: ut nimis abutantur chartâ & opera, qui ista apertissimè & adversis frontibus pugnantia conciliare conentur. Quid ig. dicendum? Antimoniæ hinc constituenda? Non equidem: Sed emplastron faucis hoc in loco Jurisprudentiæ accommodatum vid. apud *Martin. hic tb. 15. Gôdd. ad l. 14. n. 14. de V. S. Hackelm. disp. ill. q. 19. tb. 8. Ungeb. q. 10. Don. En. l. 4. c. 36. a. & b. Harpr. p. 187. n. 5.*

21. In

XXI. In §. 37. *hic* : Partus ancillæ in fr. *tu esse negatur* : §. 37. In l. 58. §. 4. ff. *ad Sc. Trebell.* & in l. 91. *in fin. de leg. 2.* in fructu esse, dicitur. Vid. *Martin. tb. 16. Bach. p. 307. Don. En. l. 4. c. 25. 6. Harpr. p. 213. n. 5.*

XXII. Qui in loco sacro religiosove fortuito casu thesaurum invenit; ejus Dominum effici, *Hadrianus in §. 39 hic* constituit : Sed contra *DD. Fratres in l. 3. §. pen. ff. de jure fisc.* dimidiam partem fisco vindicant. Minimè tamen *Baroni & Augustin. 1. em. 3.* antinomiam esse nullâ subtilitate conciliandam, concedimus. Vid. *Martin. tb. 17. Don. En. Hillig. l. 4. c. 14. f. Ungeb. Ex. 5. q. 13. Harpr. p. 219. n. 7.*

§. 39.

XXIII. §. 40. *vers sed si*, reluctantur ne adversativè l. 30. *C. de jur. dot.* Item *pr. Inst. de donat. Juncto. §. ult. ibid. & §. ult. 7. de usu & hab.* Videntur quidem : sed conciliatio quærenda. *Martin. tb. 18.*

§. 40.

§. 43.

XXIV. Repugnat ne §. 43. *hic l. 9. §. 4. ff. de Acquir. rer. dom.* Neg. cum *Martin. tb. 19. Vid. Don. En. l. 4. c. 15. b. Bach. hic p. 315.*

XXV. In §. *ult. hic*. inquit Justin; *Palam esse, merces in tempestate non eo animo ejici, quod quis eas amplius habere nolit, sed quò magis cum ipsa navi maris periculum effugiat.* Ulpianus *v. in l. 43 §. II. ff. de furt.* respondit : *Plerumq; credendum est relinquentis animo jactatum, um sciat perituum esse quod jactatur.* Non tamen cum *Hottam. hic* : Jctos contrariè respondisse, asserimus; multò minus cum *Matth p 98. hic* manifestam juris antinomiam agnoscimus. Vid. *Conan. 3. comm. 3. n. 3. Bach. hic. p. 38. Don. Enucl. l. 4. c. 13 c. Hænon. d. 4. tb. 26.*

§. ult.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. A Monumentis, villis, & ædificiis abstinendum. *arg. §. 1. Huc pertinet, quod ait Cicero: Sepulchrorum sanctitas in ipso solo est, quod nulla vi moveri, neq;*

Philipp. 9.

2. dell.

B 3 *deleri*



- deleri potest. Et alibi: Sepulchrum multa religiosa jura comple-*
ditur. Hinc est quod etiam jure nostro nullo tempore pro-
cedere dicitur usucapio, si quis rem sacram vel religiosam pos-
sideat §. 1. 7. de usucap. Et L. L. XII. tabb. ita cautum: Fori bu-
stive eterna auctoritas esto. Sic ad Legislatorum quoque cu-
ram magnopere pertinent Aedificia, quippe in quibus ornatus
consistit civitatis, quam non oportet ruinis deformare. Vnde
is, cujus tignum alienis aedibus junctum fuit, non potuit ad
hoc agere, ut illud tignum eximatur, sibi que restituatur;
ob eandem Scil. rationem? Nam utilitas privata merito ce-
dit publica, & ab hac separatur: Sicut & aliàs fieri debet.
l. 3. C. de primipilo. Sed: Nunc refractis pudoris & reve-
rentiae claustris omnia patent omnibus. Exuruntur villæ, incen-
duntur pagi, tot seculis extructæ florentissimæ civitates unâ
procellâ subvertuntur: Diripiuntur phana; religio ludibrio
est, sacri & prophani nullum omninò discrimen. Omnia
perdita ob levem voluptatem prædamque cupiunt. Plus com-
mittitur quàm quod possit coercitione sanari. Certatur ingen-
ti quodam nequitia certamine. Major quotidie peccandi cupi-
ditas, minor vercundia est: expulso melioris æquiorisque re-
spectu, quocunque visum est, libido se impingit: Nec furtiva
jam ista scelera sunt præter oculos eunt: adeoque in publicum
missa nequitia est, & in multorum pectoribus evaluit, & In no-
nocentia rara sit. Quàm verè ἀνορός ἔσται de ultimis mun-
di temporibus. Quoniam multiplicata erit iniquitas, refri-
gescet charitas multorum. Hinc undique veluti signo dato
ad fas nefasque miscendum concurritur: Beneficia in sce-
lus versa sunt. Sanguini eorum non parcitur pro quibus san-
guis fundendus erat. Nec mirum! Ista enim flagitia perpe-
trant impunè: Vivimus enim seculum sub quo non dicamur:
Nihil ulli licet facere, At sub quo: Omnia omnibus. Quid mul-
tis? Hoc Majores nostri questi sunt, hoc nos querimus: E-
versos esse mores, regnare Nequitiam, in deterius res humanas
& in omne nefas labi.

II. Mare

I I. Mare commune omnibus & liberum arg. §. 1. Unde apud *Atbenaeum* conviator mare commune esse dicit, ad Pisces capientium fieri. Et in *Plautina* Rudente servo dicenti : *Mare quidem commune certo est omnibus*, assentit piscator; addenti autem *In mari inventum est, commune est*, rectè occurrit: *Meum quod rete atque hami nati sunt, meum potissimum est.* Mare ig. proprium omnino alicujus fieri non potest, quia natura commune hoc esse non permittit, sed jubet. Imò Deus hoc ipse per naturam loquitur, cum ea cuncta quibus vita indiget, omnibus locis suppeditari à natura non vult; artibus etiam alijs alias gentes dat excellere. Et ille quem Deus terris circumfudit Oceanus, undique & undique versus navigabilis, & ventorum statim aut extraordinarij flatus, non ab eadem semper, & à nulla non aliquando regione spirantes, significant satis concessum à natura cunctis gentibus ad cunctas aditum. Sed plura de hac materia vide apud *Grat. in mar. lib. c. 1. Heig. hic. p. 115. num. 16. Varq. ill. cont. l. 1. c. 4. num. 3.* An atuem civitates ad mare potius ædificandæ? Ita puto cum *Scip. Amirat. disc. in Tacit. l. 12. c. 5.*

2.

III. Quod in meo & ex meo nascitur, meum est arg. §. 4. in *fin. l. 7. §. ult. ff. de A. R. D.*

IV. Quod divini juris, nullius in bonis est. §. 7. Proinde non sunt bona Ecclesiastica ab Ecclesijs alienanda, & in profanos usus convertenda. c. *semel de R. 7. in 6* Quod à primis Ecclesiæ temporibus diligenter constitutum, & servatum, ostendit *Hospinian. de orig. templ. l. 5. c. 7.* Unde purioris Religionis Magnates admonendi, ne superstioso dicata cultui, prophanis applicent commoditatibus: eoq; apud Adversarios, pietatem, Religionemq; suam, quæstus alicujus cupiditatis suspectam reddant. *Art. Schmalc. 3. Schurff. cent. 1. conf. 48. Danaus. 3. pol. 2.* Potius senio valetudineque impeditis, Ministerio quod non cedit Ecclesiastico, devoveant, Cujus rei neglectioem, plurimorum in



157
in multis locis malorum causam esse nonnulli arbitran r.
Nam sacra prophana fieri non possunt, neque debent l. 77. §. 3.
de V. O. Quæ cum sint nullius in bonis & divini juris, quo, ma-
lum, sacrilegio Deo auferuntur & Ecclesiæ? Quâ de re gra-
viter differit H. Petrius in tract. de Monast. p. 55. 6. & c. Eberh. à
Weihe tract. de prerog. success. lit. H. 7. de Ecclesiasticis officiis
agens: Magna, inquit, alioquin prudentiâ, consilio & dexteritate
singulari ordinata. Quæ, ut & Monasteria, tempore Repurgatæ
Religionis, potuissent conservari integra, abusu correcto & remo-
to & c. Et quod de Pontificibus bonis Ecclesiæ abutentibus, di-
cit B. Bernard. hoc sibi æquè dictum arbitrentur Principes, re-
rum Ecclesiasticarum qui habent administrationem: Clamat
penuria Pauperum, clamant nudi, clamant famelici, conquerun-
tur & dicunt: Nostrum est quod effunditis, nobis crudeliter subtra-
bitur, quod inaniter expenditis. Nostris necessitatibus detrahatur,
quicquid accedit vanitatibus vestris & c. in Epist. ad Henr. Se-
non. Episc. Non tamen male insumitur, quod necessitates re-
gni absumunt. Sed usum & abusum dies Domini judicabit!
Wesemb. hîc. Vid. Besold. clas. 5. disp. 4. th. 28. Robert. rer. judic.
p. 329. Harpr. hîc. p. 54 n. 7.

V. Quæ pietatis causa, quamvis superstitiosè
donata, in pios tamen usus eroganda. arg. § 8. Sic Col-
legia Canonorum & Canobia, optimâ quondam intentione,
Majorum, ad educandos nempe viros Doctos, & castas mo-
destasque foeminas fundata fuerunt, & ut emeriti, defatiga-
tione ingravescente quasi receptui canendo, ad quietem & so-
litudinem pervenire possint. Hæ cum foundationes in abusus
converterentur, piæque fidelium Eleemosynæ turpissimè pro-
funderentur, & hypocriticis superstitionibus Mundus im-
pleretur: certè Reformatio necessariò fuit suscepta. Tem-
pora enim mutant mores, mores Jus. Barth. Musculus de success.
convent. cl. 1. membr. 2. n. 183. Et rectè in Germania, non fun-
datotum heredibus Bona illa reddit; sed superstitione saltè
resectâ, in parilem rursus usum, ut à Principibus convertantur,
exigit sanctio Pacis Relig. de An. 1555 §. 21. Alß auch dann etc.
Wilb.

*Wilb. Zepp. de Polit. Eccles. l. 2. c. 26. Besold. ib. An itaque Bo-
na Deo semel dicata (hoc est, Ecclesie & sacris usibus, atque
Pauperibus olim destinata) deficiente usu, ad quem ab initio
data sunt, ad formam patrimonialium & feudalium redigi, &
à Laicis juste possideri possint vid. Cranius de pace relig. p. 53.
& Schneidov. ad b. §. p. 28. Hen. d. 4. tb. 4.*

VI. Res Sacræ non sunt alienandæ. *ibid.* Quod
vel Romanorum gentilium exemplo demonstrari potest,
quantum dedecet propter bellicas, aliasve necessitates, res
Sacras deprædari. Nero, ut inhonestissimis suis cupiditati-
bus morem gereret, devastaverat Italiam, provincias ever-
terat, socios populi Rom. & Civitates, quæ liberæ vocaban-
tur; tandem *in eam prædam etiam Dii cessere, spoliatis in urbe
templis, egestoq; auro, quod triumphis, quod votis omnis Populi
Rom. atas prospere, aut in metu sacraverat.* Possset aliquis dice-
re; hæc nefariè patrata fuisse, quia Nero non belli necessitate
adactus, sed sceleratis desideriis exstimulatus ad hæc sacrile-
gia manum admoverat. At Principes gravibus ac periculo-
losis necessitatibus impulsos excusandos esse, si ad sacrum
argentum, & aurum confugiant. Nescio, an justior causa,
quàm ea, quam Pompejus fovebat, allegari possit, cum arma
contra Cæsarem Reipub. causa suscepisset. Et nihilominus
idem Cæsar cavillandi Pompejum occasionem non præter-
mittit ijs verbis: *Pecunia è Municipiis exiguntur, & è fanis tol-
luntur, omnia divina & humana jura permiscuntur.* Et alibi: *Pe-
cuniam omnem, omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum
Gades intulit.* Consueverunt quidem plerique urgentibus ne-
cessitatibus dicere; Aliud fieri non posse, confugiendum esse,
ad quæ possunt, quia salva patria argentum & aurum reponi
queunt, sed amissa patria, quidquid ea continet, amitti, neque
unquam restitui. Ego id affirmo: sed cum aurum deesset Ro-
mæ, vota que Delphico Apollini solvenda forent, matronæ
Romanas propria auri ornamenta voti solvendi causâ Reipub
obtulisse. Comperio etiam, cum ad redimendam libertatem
precium Gallis exsolvendum esset, quo nihil gravius Reipub.
C accidere

Tac. l. 13.

*l. 1. de bell.
civ.*

lib. 2. ib.

Liv. 15.



accidere poterat, Senatum ad matronas confugisse, ut summam pecuniæ necessariam congregarent, utque, teste Livio, *sacro auro abstinere*tur. In hæc exempla Christiani intueantur: quod si ut ea templa & altaria, à quibus Romani in cæca sua gentilitate abstinuerunt, in minoribus necessitatibus exspoliare satius esse, putant; impiam hanc cupiditatem expleant; in summis prosperitatibus ad majus ipsorum supplicium iram divinam experturi, quoniam in adversis nullam omnipotentis Dei, rerumque sacrarum rationem habuerint. *Hucusque Scip. Amirat. Disc. in Tacit. l. 15. c. 5.* Limitatur tamen prædictum nostrum axioma, ut in quibusdam casibus liceat res Ecclesiasticas mobiles & immobiles alienare. Et ad tres principales à *Schneidvv. hic p. 282. num. 8.* referuntur.

VII. Auctoritate sua sacrum sibi constituens, sacrum non est, sed profanum. *ibid. Sacra enim res sunt, quæ rite per Pontifices Deo consecrata sunt ibid.* Quibus verbis Imp. innuit, Duo requiri, formam consecrandi rem aliquam, ut fiat *Ritè*: & *personam habilem* ad consecrandum. Et videtur ista descriptio sumpta ex jure veteri & ex libris Ethnicorum *arg. l. 6. §. 2. l. 9. pr. ff. de rer. Div.* Et eo jure omninò penes collegium Pontificium id juris videtur fuisse: ritusque hæc in re observari solitos refert *Alex. ab Alex. gen. dier l. 6. c. 14. qui & latius lib. 2. c. 8. tractat de officio Pontificum, & latissimè & rectissimè Jac. Guiterius de jure sacro.* At enim dicitur *in d. l. 9. §. 1. locum sacrum fieri cum Princeps eum dedicavit.* Sed inter alias responsiones *Bachov. hic p. 254.* hanc quoque dandam esse putat; quod Principes olim, imò etiam initio Reges, inter alios titulos, *Pontificis* quoque *Maximi* dignitatem adsumserint, teste *Dion.* ubi imò ait, Imperatores *ἐν πάσαις ταῖς ἐργασίαις ἱερωδαι:* & si fortè Duo imperent, semper unum ex illis esse *ἀρχιερα,* id est, *Pontificem maximum* seu *Principem sacerdotum.* Idque ideo factum ait, ut omnes religiones & sacrificia in sua haberent


rent manu. *Jul. Capitol. in Max. & Balbino: Decretis, inquit, omnibus Imperatoriis honoribus, percepta tribunitia potestate, jure proconsulari & Pontificatu Maximo. Clarius Zosimus: Numam Pompilium fuisse Pontificem Max. & ceteros Reges, itemque Octavianum, & qui post eum Imperium tenuerint. Et subiicit: Constantinum quoque & ceteros Christianorum Imp. non recusasse eandem dignitatem. Etenim ita proprium esse Principis, curare & tueri Sacra veteres statuerunt; ut plerique habuerint Sacerdotii & Regni munera conjunctim. Greg. Tholos. de Rep. num. 5. Hocque jus ad eum ad Summi Imperij Majestatem spectare; ut eos qui in re divina & in causa Religionis constituenda, superiorem sibi Romanum Pontificem tenent, Supremos Principes vocandos esse negant Alb. Gentil. disp. Reg. 1. p. 8. War. ab Erenb. c. 1. verosim. num. 5. II. 21. & c. Vid. Autor de jure princip. in jur. pub. th. 22. Besold. cl. 1. d. 14. th. 1. & c. Et Disput. meam de O. 7. th. 28.*

II X. Sacra privata non toleranda.

ibid. Sic Lex. XII. Tab. planè prohibuit privatos istos conventus. Separatim nemo habesit deos: neve novos; sed nec advenas; nisi publicè adscitos, privatim colunto: Constructa à patribus delubra habento. Hinc è Tacit. ut in solitæ, fuerunt semper Romanis, ita etiam fuerunt suspectæ & odiosæ. Sic apud Dionem legimus, Mæcenatem Augusto consuluisse, ut privatos istos conventus prohiberet non Religionis solùm causa, sed & Reipublicæ. Vid. Camer. bor. succif. l. 1. c. 58. Rittersh. ad 12. tab. p. 39. Cranius de pace relig. p. 204. Amirat. disc. in Tacit. 3. lib. 11. Harpr. p. 53. n. 2.

IX, Area etiam everso templo sacra

permanet. ibid. l. 6. §. 3. ff. de rer. div. Hinc Papin. in l. 73. ff. de contrab. emp. Æde sacra, inquit; terra motu diruta, locus ædifi ij non est profanus, & ideò venire non potest. Nisi profanandi animo locus destructus sit: veluti sacra Isidis destructa fuisse sub Tiberio, refert Josephus: Aut in potestatem



hostium pervenerit. l. 36. de relig. & sumpt. fun. Idque quia suam
quæque gentes religionem deosq; patrios cum aliis nō com-
munes habebant. Cic. 2. de ll. Vel quoniam sacra certis quibus-
dam formulis evocabantur. l. 9. §. 2. b. t. Cū enim expugna-
rentur civitates, evocabant Duces belli certo carmine Deos
tutelares ab urbe expugnata, quod nefas existimarent Deos
habere captivos. Macrob. 3. Sat. 9. Quo facto omnia profana-
re licuit. Vid. Fab. Sem. 2. 4. p. 46. Don. En. l. 4. c. 1. c. & Harpr.
hic. p. 55. n. 10. & c. *Relig. inf.*

l. 43. ff.
de relig.

X. Religio locus illatione mortui efficitur *ibid.*
Non solum sacra, sed & religiosa & quæ in honorem mor-
tuorum, structa sunt, violari non possunt, nisi contempta hu-
manitate. *Summam enim esse rationem, ajunt Jcti, quæ
facit pro religione.* Tam pro religiosis quàm pro sacris pia-
existat Euripidis sententia Troadibus: *Homo quisquis urbes va-
stat, & Dīs Manibus Sedes sacratas, templaq; haud rectè sapit:
Nam similis ipsum pestis excidii manet.* Apollonius Tyanæus
de coelo à Gigantibus oppugnato fabulam sic interpretabatur,
Vim eos intulisse deorum templis ac sedibus. Statio Annibal sacri-
legus, qui Deūm face miscuit aras. Scipio capta Carthagine
milites donis ornat, inquit Appianus: *Exceptis qui in Apollinis
templum peccaverant.* Trophæum à Mithridate structum,
Cæsar, ut narrat Dio, *tollere ausus non est, ut belli Diis sacratum.*
Vnde Livius Philippi bellum nefarium quasi Diis superis infe-
risque illatum, vocat: etiam furorem ac scelera. Et Florus de
eodem: *Philippus ultra jus victoria in templa, aras, sepulcra sevit.*
Eandem historiam tangens Polybius hoc addit judicium: *Quæ
neq; nobis ad bellum futura sunt usui, nec hostibus incommodatu-
ra, ea ire perditum, templa maxime & quæ in iis simulacra & si-
milia ornamenta, quis neget mala mentis, & præ ira furibundæ esse
opera.* Atque ibidem talionis non admittit excusationem. Et
quamvis ex mente Pauli Jcti. *Sepulcra hostium religiosa nobis
non sint;* illud ita tamen intelligendum, ne ipsa mortuorum
corpora malè tractentur, quia id contra jus est hominum se-
peliendorum, quod jure gentium introductum. Vid. Grotius de
jure bell. l. 3. c. 5. n. 3. & c. 12. n. 7. Don. Enucl. l. 4. c. 1. An au-
tem

l. 4. ff. de se-
pulc. viol.

tem sepulchra in urbibus ferenda? Olim, & LL. XII. *In urbe ne sepelito*, cautū. Sed crescente superstitione sub *Gregorio M.* cæmeteria sacrificulorum lucri gratiâ, intra urbes translata sunt, ut eò facilius sacra & quæstum facerent. Et quamvis jure canonico prohibitum sit ratione terræ aliquid exigere. *c. abolenda 13. de sepult.* nullum tamen videtur excogitatum quæstuosius aucupium, quam quod ex venundatione sepulchrorū colligitur. Et postea Imp. in l. 12. *C. de relig* vetuērunt. Vid. *Ræv. ad ll. 12. tab. c. 15. Ritt. Heig. hic p. 120. 147. Harpr. p. 59. n. 23.*

XI. A vetustioribus incipiendum, §. II. *hic. Sic antiquitas veneranda arg. §. 12. supr. de ad opt.* Sed cautè! Quia *non semper verum bonumve est, quod vetustius aut antiquius*; Si enim bonitatis infallibilis esset antiquitas, tum sceleratissimæ sæpè actiones bonæ essent. Antiquus est *Diabolus*, num propterea bonus? *Scortatio* est antiqua, num propterea melior? *Homicidium* est antiquum, num propterea est optimum? Legimus in *Theographia* de vet. homine, veteri creatura, veteri fermento, an hæc ob vetustatem bona? Qua de causâ *Augustinus* hunc probandi modum vocat diabolicum: *Asperfit, inquit, quedam prestigia Satnas, per quæ illiceret homines ad errorem, & sic factum est, ut per traducem antiquitatis commendaretur fallacia, & turpis inventio excusaretur.* *Job. Hoffman in Apol. Princip. circa fin. & supr. Disp. 2. Ax. 7. & disp. 3. tit. II. ax. 7.*

tom. 4. l. quest. V. N. T. q. 4. col 830.

XII. Muri & portæ sanctarum rerum numero sunt. §. 10. *l. 1. de R. D.* An ideo, ut putat *Bach. hic*, quia urbes singulæ speciales Deos tutelares habebant, & consequenter & muri, in quibus præcipua custodia urbis? An quia certa solennia sacra adhiberi in muris designandis solita? Vel, ut *Hotom. hic*; quia violatio eorum regio fraternoque sanguine à *Romulo* expiata est. Et *Plutarch. quest. 27, Rom.* refert perhiberi *Remum* occisum, quod Sanctum locum transilire aggressus fuerit, & eum transcendendo profanum reddiderit: sicut & *in l. ult. h. t.* *Remum* occisum, quod muros transcendere voluerit. Nimirum ille prætextus fuit *Romuli*, ut *Cic ait. 3. off.* sed



caussa vera fuit imperandi libido, ut æmulum amoveret. Verissime Cyprianus. *Romulum & Remum unum non capit imperium, quos unum uteri ceperat hospitium.* Pare est crudelitas Turcarum adversus fratres. Sunt tamen qui existimant, unicum hoc fundamentum esse Imperij Turcici; quorum ego sententiam non deprimō: illud tamen adjungo, quod divine majestati, quod pietati naturali, contrarium est, vix diu durare posse. Quin potius hujusmodi moles, nimia vitiorum atque scelerum multitudine onerata, ventrem faciet, & ruinam minabitur: ut ut hoc verum sit: *Regnum per vim acquisitum, bonis artibus gubernari non posse.* Et rectè Justinus lib. 16. *In parricidio, nulla satis justa causa ad sceleris patrocinium prætexi potest.* Vid. Don. En. l. 4. c. 1. 2. Clapmar. de arcan. Rerump. l. 4. c. 20. & l. 5. c. 5. Harpr. p. 64. n. 20.

XIII. In ambiguitate medium eligendum. §. 25. vers. & post. Acerrimam contentionem inter veteres Jctos fuisse, *Imp. hinc ait*, natam fortè ex Socraticorum seu Platoniorum & Peripateticorum, de materia & forma, seu idæis disputationibus. Quemadmodum hodie etiam illud dissidium vix compositum videmus; & aliis quidem emergere formas ex materia: aliis educi eas de materia, existimantibus, quia sint immateriatæ, quamquam necessitate quadam materiæ vincitæ & alligatæ: aliis denique, ex temperatis potius qualitatibus in communi materia illas exoriri, affirmantibus, & alia ipsis similia: De formarum perpetuitate, & cum materiæ unitate, de formæ & materiæ conditione, disputantibus: quibus *Disputationibus juris constitutiones subicere ad eum displicuit Justiniano*, ut mediam hanc in parte Jctorum ereticundorum viam probaverit: & multò magis certè id vel hanc de causâ, quandoquidem latere adhuc nos illam exquisitam cognitionem, quomodo ex duobus illis, materia & formâ, unum fiat, sapientes putant; divinam rem formam esse affirmantes: ut, cum sit substantia aliam totam sui impleat substantiam, ita ut ex utraque

utraque fiat unum : *ulteriorem disquisitionem morosi & satagen-
 zis animi esse : imò mistionis modum soli Deo cognitum, atque
 hîc humana sapientia partem esse, quadam æquo animo nescire
 velle.* Aliqua ig. sententia, in his disputationibus eligenda fuit:
 cùm jus nostrum finitum esse possit & debeat. *l. 2. de jur. & fact.
 ign.* Et mediam quandoque viam eriscundorum ingressum
 esse, exemplo Jctorum, Justinianum, alibi appareat. *l. 25. §. 15. de
 hered. petit. Cujac. l. 10. O. 4.* Ut propemodum vanam operam
 suscepisse videri possit *Conan. l. 3. cons. c. 6. n. 3.* dum distincti-
 onem hujus §. nititur convellere, & meliorem suam & pro-
 babilioram contrariam sententiam efficere : praterquam
 quod *LL. rectè latas defendere magis, quàm oppugnare Jc. de-
 cet,* ut quæ alioqui maximæ hominum parti displicere ut
 plurimum solent. *Heig, hîc. p. 128. n. 4. & c. Vid. disp. 2. supr.
 tit. 6. §. fin. ax. 5.*

XIV. Dubia arbitrio Judicis committenda. *arg. §. 28.*

XV. Quod solo inædificatur, solo cedit. *§. 29.*

XVI. Sublata caussa impedimenti, tollitur impe-
 dimentum. *arg. d. §. in fin.*

XVII. Temeritas & imprudentia damnosa. *Liv. 22.*
arg. §. 20. Præcipuè autem in bello spernendi isti ferociter omnia Tac. 4. hist.
ac præpropere agentes. Et contemnendis quàm cavendis ho-
sibus, meliores. Eth grati sæpè vulgo. quoniam stolidis aut bar-
baris cuncta io servilis; statim exsequi, regium videtur. Ac sanè si
militaris suffragii res sit, haud dubiè Minutium aliquem Fabio
preferant ducem. Non sic desipiendum ! magisque cum Augu-
sto : Nihil minus in perfecto Duce, quàm festinationem temerita-
temq; convenire arbitrandum. Prætorum enim delicta emenda-
tionem non recipiunt. Et ut ille ajebat : Non licet in bello bis pec-
care. Atqui peccat pænè necessariò, qui festinat : Temeritas
præterquam quod stulta est, etiam infelix. Nonne exposita ad
laqueos omnes. Polybius pulchrè : Celeritas & Audacia
& Impetus præter rationem, & Vanitas ac typhus, ho-
sibus quidem opportuna, noxia vero maximè amicis
Nam



Cur. 4.

Nam ad omnes insidias, fraudes atq; astus obnoxius ex hic talis. Quod si tamen non labitur: quid efficit? parum! & Temeritas ubi primum impetum effudit, sicut quadam animalia; amisso aculeo torpet. Ergo omnino ex Euripidæo scito: Melior est Dux circumspectus, quam projectè temerarius. Vid. Lips. pol. l. 5. c. 5. & cap. 15. Bocer. de bell. c. 3. n. 8. Albus. c. 28 p. 386. & c.

Propert.

l. 3.

Tac. 4. Ann.

XIIX. Ridiculum est, melius cedere deteriori arg. §. 34. Sed in his quoque rebus ludit & illudit illud sive fatum sive fortuna; ut quidam mereantur famam & promotionem, quidam habeant. Cum itaque fatua sæpè hujus ævi judicia, aut iniuria, Politicorum filii suadent, ut Princeps ingenium Ministrorum inspiciat. Mæcenas enim aptè quædam obiverit, quæ non Agrippa. Et rectè Poeta: Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta. Ista quidem suadent: an persuadent? ægre! Nescio e. quomodo Aulica hæc comitia affectus dirigit: & fato quodam ac sorte nascendi; ut cetera, ita Principum inclinatio in hos, offensio in illos est. Vid. Lips. cent. 1. Ep. 2. & l. 3. pol. c. 11.

XX. Parrhasij vel Apellis pictura cedere non debet in accessionem vilissimæ tabulæ: ibid. Picturam in Græcia & Romæ præcipuè in delitiis fuisse testatur Plin. l. 35. nat. hist. c. 9. Virg. in Culic. v. 67. & ib. Taubm. Et quia in hoc nostro textu, duorum insignium pictorum fit mentio; de utroque non nihil admonendum erit. Parrhasius ig. Ephesinatus, primus Symmetriam picturæ dedit; prius argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris expressit: & confessione artificum in lineis extremis palmam adeptus est? Is descendisse in certamen cum Zeuxide (Heracleote, pictore suâ ætate maximo) traditur: & cum Zeuxis detulisset uvas pictas tanto successu, ut in scenam aves advolarent, Parrhasius fertur detulisse linteum pictum, ita veritate repræsentatâ, ut Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam, atque intellecto errore concederet illi palmam ingenio pudore: quoniam ipse volucres fefellisset: Parrhasius autem se artificem. Fertur & postea Zeuxis pinxisse puerum uvas ferentem:

t(m):



tur: ad quas cum advolassent aves, eadem ingenuitate processit iratus operi, & dixit: *Uvas melius pinxi, quam puerum.* Nam si & hunc consummassem aves timere debuerant. Ad *Apellem*, Patriâ Coum, quod attinet: omnes is prius genitos, futurosque postea artificio superavit, & picturæ plura solus propè contulit, quàm cæteri omnes. Illud scitum, notatuque dignum est, inter eum & *Protogonem* (pictorem nobilem, patriâ Caunium) quod accidit. Iste Rhodi vivebat: quò cum *Apelles* adnavigasset, avidus cognoscendi opera ejus, famam tantum sibi cogniti, continuo officinam petiit. Aberat ipse, sed tabulam magnæ amplitudinis in machinam aptatam picturæ, anus una custodiebat. Hæc *Protogenem* foris esse, respondit, interrogavitque, à quo quæsitum diceret. *Ab hoc, inquit Apelles*: arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summæ tenuitatis per tabulam. Reverso *Protogeni*, quæ gesta erant, anus indicavit. Ferunt, artificem protinus contemplatum, subtilitatem, dixisse, *Apellem venisse: non etenim cadere in alium tam absolutum opus*: ipsumque alio colore tenuiorem lineam in illa ipsa duxisse, præcepisseque abeuntem, si redisset ille, ostenderet, adiiceretque hunc esse, quem quæreret: atque ita evenit. Revertitur enim *Apelles*, sed vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. At *Protogenes* victum se confessus, in portum devolvit, hospitem quærens: placuitque, sic eam tabulam posteris tradi, omnium quidem, sed *artificum præcipuo miraculo*. Sed & *Apelli* fuit perpetua consuetudo, nunquam tam occupatum diem agendi, *ut non lineam ducendo exerceret artem*: quod ab eo in proverbium transit. Idem perfecta opera proponebat in pergula transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens, vitia, quæ notarentur, auscultabat; *vulgum diligentiorem judicem*, quàm se, præferens. Feruntque, à sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas, eodem postero die superbo emendatione pristinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum prospexisse, denunciante: *Ne supra crepidam sutor judicaret*: quod & ipsum in proverbium

D

um

um venit. Vid. *Harpr. p. 189. n. 11. Balth. Castil. l. 1. de Aulico. p. 82. &c.*

XX. Natura omnes fructus rerum hominis gratia comparavit. §. 38.

XXI. Fructuarius rectè colere, & quasi bonus paterfam. uti debet. §. 38.

XXII. Utrum venditor satis accipiat, an fidem emptoris sequatur, nihil interest. §. 41. *bic.* Effectus tamen, ut interea emptor non usucapiat, & venditor possit rem vindicare. *Cuj. ad l. 2. §. 1. de contr. empt.* Et proinde si debitor emptor non sit solvendo, aliis creditoribus omnib. præferatur. *l. 24. §. 2. de reb. aut. jud. poss. Gail. 2. O. 15. n. 4.* Moribus autem Græcorum emptio nisi confestim pretium exhiberetur, non constitit. *Cuj. 11. O. 19.* Et *Plato* jubet res venum expositas statò loco venire, præsentì utrinque traditione. Extra forum autem vel in diem protractam venditionem nullius esse momenti. Hinc *Græcâ fide mercari. Forn. 2. select. 8.* id est, præsentì pecunia: quo sensu his verbis; *Græcâ mercari fide*, usus *Plautus in Asina. a. 1. sc. 3.* Licet alium & inconvenientem verbis, *Græcâ fide*, sensum affingat *Revar. ad l. 24. de R. 7.* Quod verò *Turneb.* laudi induci *Græcis* sentit, quasi tenaces sint promissi, ac minimè fluxâ fide, probari *cum Don. En. Hillig. l. 4. c. 16. d.* non possum. Quin imò diffidentia inde eorum magis arguitur, qui, ut *Plautus* ait, non aliter quam *si es habent, dant mercem.* Et quî poterit dici servata vel violata fides, ubi nulla habetur fides? Vid. *Taubm. ad illud Plauti; & Erasmi. e bil. 1. cent. 8. adag. 97.*

XXXIII. Domini patientia pro jussu habetur *arg. §. 44.*

Sic

Sic in Repub. Princeps peccat, quicquid admittit. Nam *Sen. Med.*
 in Principem culpa cunctorum redit. Qui non vetat peccare
 cum possit, jubet. Illi enim incumbit in hac custodia imperii, *Cic. ad Q.*
 ut non se unum modò, sed omnes ministros civibus & reipub. præ-
 stet *Lips. pol. l. 3. c. 10.* frat.

XXIV. Tradito symbolo, res ipsa
 tradita censetur arg §. 45. Sic Vasalli, modò
 hasta, modò annulo, modò fuste investuntur: *ut lib. Feud.*
2. tit. 2: Quando hasta, vel aliud corporeum quiddam porrigitur
à Domino, se investituram facere dicente. Id autem Do-
mini investitura appellatur, quod Vasallus cum ei de investi-
tura controversia moveretur, proferre atque ostentare solet.
lib. 2 tit. 27. §. 7. Non dissimilis fuit Romani juris ratio,
cum claves aut annulus signatorius dabatur, quasi alienationis
testificandæ causa. l. 77. §. 21. ff. de leg. 2. Sic & vina tradita
videntur, si claves in re præsentis apud cellam vinariam tra-
ditæ fuerint l. 3. §. pen. De acq. poss. Sic claves à marito trade-
bantur novæ nuptæ quasi quæ jam omnium in Domo rerum
poteſtatem haberet juxta cum marito: Et in divortis rur-
sum eidem adimebantur, vel etiam ultro ab uxore remitte-
bantur marito. Sic tradito Instrumento auctoritatis (Der
Kauffbrieff) res ipsa, quæ eo continetur, tradita intelligitur.
l. 1. C. de donat. Ita omnium propè gentium com-
mune fuit, ut in ordinum & collegiorum cooptationibus ri-
tum aliquem adhiberent, quod insigne novi honoris esset.
Sic Dionys. Halicarn. Liv. & Tac. testantur Populi Rom. insti-
tutum hoc fuisse, ut Regibus appellatis, Senatus auream coronam,
auream pateram, sellam eburneam, scipionem eburneum, togam
picatam, & palmatam tunicam mitterent. Sic Jul. Capitolinus &
Dio testantur, moris fuisse, ut Imperator Præfectum Prætorio
constituens, cingulum ei cum gladio apponeret: unde illa
memorabilis vox Trajani: Accipe hunc ensen: & si quid rectè
atq; è Rep. imperavero, pro me: sin secus, in me utere. Et de De-
positionis sive initiationis studiosorum ritu vid. Melancht.
postil.

posil. part. 1. p. 696. Plures videantur apud *Hottom. in di-*
spuc. de feud. c. 20. Briffon. in lib. de ritu nupt. Rittersb. p. 182.

XXV. Occupanti conceduntur mis-
silia. §. 46. Quæ à Seneca *sparsiones* vocantur ; à Statio
ex auro divites sparsiones : A Corippo, *imbres auri* : A Musa
Rhetore *Croco odorati imbres*. Solebant enim Reipub. tem-
poribus Prætores , Consules aut Dictatores ; vel odores, vel
bellaria, vel tesseras frumentarias , vel etiam aurum & ar-
gentum, in vulgus jactare, ut quisque , quod exciperet, sibi
deinceps haberet. Quod posterius Martianus Imp. in Con-
sulibus sustulit. *l. 2. C. de Consul. libr. 12.* Sed Justinianus vo-
lentibus argentum tantum, ad certum modum spargere po-
stea permisit, & auri jactationem sibi retinuit, prout ab Impp.
& Pontificibus hæ jactationes in nova inauguratione & in-
gressu honorum usurpantur. *Nov. 105. ubi Cujac. Vid. Bro-*
dæus miscell. l. 3. c. 12. Et hæc missilia etiam ante sparsionem
emi & vendi solebant, ut apparet. *ex l. 8. de con-*
tr. empt. Rittersb. & Heig. bñc.

F I N I S.



00 A 6414


ULB Halle 3
002 928 094


12

1017







149.

DEO!
INSTITUT.
BLICI
TIO SEXTA.
tico-Juridica
De
AM DI-
ONE
Et
EARUM DOMINIO,
t. I. Lib. II.
HIBENS
XTUS
em, Quæstiones,
s & Axiomata.
quam
ÆSIDIO
TAUBMANNI
Profess. Publ.
nam proponit
s Goldbach Neagorâ
esius.
rio 7ctorum boris antemerid.
EBERGÆ,
Acad. Typogr. Anno 1636.